Veniebat manus nuper in meas *Vita Georgii Sabini* a *Petro Albino* olim exarata & *Vitembergae MDLXXXVIII. in* 8. typis excuſa publicis. Hanc cum curatius perlegerem, dignam omnino cenſebam, ut denuo protraheretur in lucem. Elegantiſſime enim eſt ſcripta & omnibus Vitae Sabinianae Scriptoribus, etiam recentioribus, quos inter *Becmannus* in *Notitia Vniuerſitatis Francofurtanae p.*238. *ſqq.* Et *Auctor Obſeruationis IX. T. VIII. Obſeru. Hallenſ. Latin.* merito principatum tenent, non ſolum palmam dubiam facit, ſed ob praeſtantiam etiam praeripit. Licet enim in hac *Albini Deſcriptione* capita quaedam Vitae Sabinianae non proleteria omiſſa deprehendi, facile tamen ea aliunde ſatis ſuperque ſuppleri poſſunt.

Eam-